372

[illegible] Castren. praemislien. iurisdictioni se suorum ac bona sua omnia
quoadactum praesentem attinet incorporan et subiicien. publice re-
cognovit. Quia de omni et integro iure suo et inscriptione terrestri
praevorscen. sibi per generosum adamum Rzeszowski filium
olim generosi Nicolai Rzeszowski super summam Quingento-
rum florenorum pecuniae factae et in bonis suis haereditariis villa po-
matna et curia ibidem existen. assecuratae cum omni eius dominio
proprietate tuitione evictione gentis cum omnibus conditionibus
in eadem inscriptione contentis, generoso stanislao starzechowski
de starzechowicze et eius legitimis suorum iam exnunc ob satis-
factionem sufficientem sibi pro eadem summa praestitam cedit et
condescendit omnique ius suum transfundit et incorporat. ac eandem
summam eidem dat donat perpetue, nil penitus pro se et suis
suorum reservan et excipiendo. Dan et admitten eidem iam
exnunc vigore inscriptionis praesentis in hoc eidem ius suum et bona
praefata realem in terram cum actuali et pacifica possessione per
ministerialem terrenum quemcunque. Nihilominus praefatus
Radlowski se et suos suorum super omnibus bonis suis obligat
praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrena praemi-
slien. seu praevorscen. ad primos vel sedens terminos terrenos
praemislien. seu praevorscen. transferre transportare simi-
lemque vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere sub omnibus
summae Quingentorum florenorum pecuniae vadio. Pro quo quidem
vadio se se ipse Radlowski cum suis posteris praedicto
stanislao starzechowski vel eius posteris ad officium praesens ca-
strensis capitaneale praemislien. citare permiserit. extra
foro suo quovis proprio omnisso coram eodem officio in primo
citationis termino tanquam peremptorio stare parere respon-
dere ac pro praefato vadio. Omnibus exceptionibus contro-
versiis praescriptionibus evasionibus legatibus quibusvis im-
pedimentis vera vel simplici infirmitatibus, actionibus pro-
maiori, ad quietem dillationem non petendo, motionibus appel-
lationibus earumque prosequentibus, poena trium marcarum et
triplici poena ac aliis omnibus generalibus dillationibus iurisque
remediis semotis et in partem rectis satisfacere cum suis
posteris totius quoniam opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione
terrestri in praemissis obstante.

30/II **Actum in Castro Praemislien.** feria secunda
ante festum sancti Mathiae apostoli proxima. Anno domini mil-
lesimo quingentesimo septuagesimo sexto. Coram generosis Vi-
ctorino Kowalski Vicecapitaneo Dobrogostio Lapolski Dnio Ca-
strensi praemislien. officio et actis.

**Pileczka tt. starzechowskij**

Comparens personaliter coram officio et actis praesen. Castren.



capitanealibus praemislien. generosa Barbara de Stoianicze relicta
olim generosi Christophori Pileczki oppidi Lanczuth aliorumque bono-
rum ad id pertinen. vigore iurium suorum tenutrix, mente et corpore
sana existens, a terris districtibus iuribusque suis quibusvis proprie
ac foro competen. recedens, praesenti vero Castren. praemislien. iuris-
dictioni se suorum ac bona sua universa quoadactum effectumque tam
hius inscriptionis praesentis attinet incorporan et subiicien. publice per
expressumque recognovit. Quia generoso stanislao starzechowski de
starzechowicze eiusque legitimis suorum summam trium millium
trecentorum et quadraginta florenorum pecuniae moneta polonicalis quem-
libet florenorum triginta grossis polonicalibus computan. certiorem et le-
quidi debiti seu mutuatae pecuniae tenetur, praesenque se et suos
suorum superuniversis bonis suis haereditariis et obligationibus mobili-
bus et immobilibus summisque pecuniariis per eam in oppido Lanczut
et bonis eo pertinen. habitis actisque maioris cancellariae sive aliis
quibuscunque inscriptis et assecuratis nunc et in post habitis obligat et
inscribit eidem stanislao starzechowski vel eius posteris prodie
et festo conversionis sancti pauli apostoli proxime et immediate ven-
turo solvere realiterque et in effectu circa octa praesentia Castren.
praemislien. in Castro praemislien. reponere et relinquere, nec iterum
ab officio effideiubere aut quovis modo arestare sub vadio similis
summae trium millium trecentorum et quadraginta florenorum pecuniae
moneta polonicalis, in defectu solutionis summae eiusdem principalis
prodie et tempore suprascripto solvendi assignat. Per eandem Pileczka
vel eius posteros praedicto stanislao starzechowski vel eius suorum
ad solvendum irremissibiliter et de facto succumbendum, in unamque summam
capitalem et essentiale debitum videlicet sex millium sexingentorum
octuaginta florenorum pecuniae convenit. Extendeturque summa prae-
fata simul iuncta sex millium sexingentorum octuaginta florenorum
pecuniae in et super omnibus haereditariis et obligationibus mobilibus et
immobilibus bonis ipsius Barbarae et Pileczka et eius suorum
summisque pecuniariis suprascriptis et aliis quibusvis modo quocunque
spectan. et concernen. nunc habitis et in post habendis, solutionem
summae praefatae simul iunctae, nulla re iudiciali et extraiudiciali
praemissis in statuto descriptis, et nec quorumvis bonorum obligationem eva-
dendo. Nihilominus praefata Barbara Pileczka se et suos suorum
superuniversis bonis suis obligat et inscribit. praesentem inscriptionem
ex actis praesen. ad acta terrena praemislien. ad primos vel sedens
terminos terrenos praemislien. transferre transportare in hac vel
meliori forma verborum prout ipse stanislao starzechowski vel eius
posteris visum fuerit. sub vadio summae principalis trium millium
trecentorum et quadraginta florenorum pecuniae. Pro quaque summa
simul iuncta seu vadio se se ipsa Barbara Pileczka, eidem
stanislao starzechowski vel eius suorum ad quodcunque iudicium
seu officium regni poloniae citare permiserit et eius posteri per

inscripsit, extunc a terris dictibus iuribusque suis quibusvis proprijs
recedens coram eodem iudicio seu officio cui se ad quod sequitur cita-
bitur actus praesentis respectu cum suorum bonisque suis
omnibus subiicit in primo citationis termino tanquam peremptorio
stare parere respondere, ac pro praefata summa simul cum ista
seu vadio a iudicio seu officio non recedens sub alia simili summa
seu vadio satisfacere et eandem summam numerare decretumque et
adiudicatum pati tenebitur et eius posteri tenebuntur, prout
iam exnunc se et suorum suos de bonis suis praefatis submisit
et submittit. Terminum ipsum primum peremptorium et alios sub-
sequentes terminos, si quis sint, ac satisfactionem praemissorum omnium
vera vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori, conventio-
ne generali vel particulari, litis regnis in quemcumque sensum
obtentis, legalibusque quibusvis impedimentis incursu hostium
absentia a regno, captivitate, minorennitate puerorum, ad
quietem reproducendis, statutis novis vel veteribus, decretisque
quibusvis, et generaliter nullis modis vijs coloribus dillonibus
de iure concessis et de consuetudine fieri solitis defferendis et
se tuendis, evasionibus praesumptionibus, controversijs exceptio-
nibus fori declinatorij, interregno et alio quovis infortunio
casu pronunciandis et postea nicidendis, a decretis quibusvis tam in ac-
cessorio quam in principali negotio latis et factis nullas mo-
tiones cum appellationibus fatuis, nec ad prosequendum easdem
iudicem et partem adcitandum, praeterea se et suos suorum
abrenuntiandum nil allegare contra citationem malam et intempestivam
eiusdem ponendam, malam in lucro condemnationem malum processum
iuris, nec eandem condemnationem lucri processumque iudiciarum ignorantia
et corporali iuramento subterfugiendum, poena trium mar-
carum et triplici poena praemissa omnia non evadendum, immo
a iure communi recedendum et hoc ius privatum in se suorum
bonaque sua omnia assumendum, omnibus aliis in genere iuris bene-
ficiis et prolongationibus excogitatis et excogitandis evadendis et
extraiudicialibus abrenuntiandis, nec quicquam sibi in auxilium
contra inscriptionem praesentem eiusque defectum recipiendum suae suorumque
suorum sub ammissione totius causae et aliorum similium
specialium vadiorum tenus quoniam citabitur et eius posteri
alabuntur. Ad quae praemissa omnia in praesenti inscriptione con-
tenta et specificata praefata Barbara Pileczka ultro et
benivole consensit, et onus eiusdem inscriptionis cum toto illius
nexu in se suorum suos ac omnia bona sua mobilia et immo-
bilia summasque permanentes ipsum modo quovis spectans et
concernens habet et habendum libere assumpsit et assumit
et ea nominat, sub eo onere ea permanere volens ad om-
nimodam usque praesentis inscriptionis satisfactionem nullam in
praemissis casibus praefectionem terrestri diuturnitate et tacitu-
nitate temporis abusu inscriptionis praesentis obstante. Quod mentis sub.

# Starechowski ttz Sienienski



Comparens personaliter coram officio et actis praesenti castrensi prae-
misliensi Generosus Stanislaus Starechowski de Starechowicze villae
Bialoboki et aliorum ad id pertinentiarum haeres, mente et corpore sanus exnunc
a terris pallatinis districtibus iuribusque suis quibusvis proprijs ac
foro competenti recedens praesenti vero castrensi praemislien. iurisdi-
ctioni se suorum ac bona sua omnia quoad actum effectumque totius inscri-
ptionis praesentis attinet incorporando inviscerando subiicienque publice
per expressumque recognovit. Quia bona sua haereditaria vocatur vil-
las Bialoboki cum fortalitio ibidem sito Rogozno, Ostrow, Woli-
cza Tarnawka et Rembow cum praediis in eisdem villis existentibus cum
omni iure dominio proprietate et cum omnibus eorundem bonorum
attinentiis pertinentiis fructibus proventibus censibus, laboribus
emolumentis, silvis, gannis campis, stagnis piscinis atque utilita-
tibus generaliter universis quibuscunque dicantur nominibus et cognominibus
quae nunc sunt ac in futurum humana industria adinvenire et exco-
gitari possint, sic vocatur prout eadem bona solus ex antecessori-
bus suis tenuit habuit et possidebat, et prout eisdem bonis utifrue-
batur, nil sibi suorumque suis in eisdem bonis quicquam iuris do-
minii et proprietatis ac quorumvis usufructuum et utilitatum re-
servans seu excipiens, sed omnibus in genere et singulis in specie
comprehensis Generoso Nicolao Sienienski de Sienno Capifero
terrae Sanocensis et eius suorumque iam exnunc ad festum Conver-
sionis sancti Pauli apostoli proxime et immediate venturum
in summa decem millium florenorum pecuniae monetae et
numeri polonicalis singulum florenum triginta grossis polonicalibus
computandum inscripsit obligavit et invadiavit, praesentique inscribit
obligat et invadiat, et in defectu protunc exemptionis ad alios
simile festum Conversionis sancti Pauli apostoli proximum et
sic de anno in annum annis se sequentibus usque ad exemptionem bonorum
praefatorum et summae praefatae plenariam et omnimodam conven-
ctam persolutionem. Et iam exnunc praedictus Stanislaus Stare-
chowski eidem Capifero in bona praefata dat et admittit realem
nitrum cum actuali et pacifica possessione, per mentem terrenam
quemcumque sibi elegerit ad intromittendum ex officio praesenti iam
exnunc ad id additum, in bonisque praefatis tunc dum ad eandem
acceptandum cum ministeriali et nobilibus venerit, dare et libere
admittere nullo modo per se vel submissas personas praepedire
et impugnare se et suos suorum de omnibus bonis suis inscribit et
obligat sub vadio similis summae decem millium florenorum pecuniae
monetae polonicalis, per ipsum Capiferum Sanocensem et eius
posteros, bona praefata obligata cum omni uti praemissum est iure
dominio proprietate, tenendum habendum possidendum, pro usque suo et
suorum suorum meliori et utiliori convertendum usque ad exempti-
onem et summae praefatae decem millium florenorum pecuniae plenariam
et omnimodam conventam persolutionem. Et debebit ac tenebitur